



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. III. Satisfactio, quæ, omnibus ritè consideratis, à Confessario
judicatur æquivalens pœnæ restanti, totam delet, estò non attingat
punctum ejus indivisibile.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

Et dicitur dispositio. Et sicut homo quod magis sanctus est, eò dignior est, ut magis sanctificetur; cur non etiam sit eò dignior, ut accipiat perfectiorem remissionem pœnæ?

22. Major devotio etiam tempore quo satisfactio impletur, augeat effectum.

Et veluti planè conveniens fuit, ut accedens cum maximo fervore & devotione ad Sacramenta, plus gratiæ acciperet ex opere operato, quàm accedens cum remissa dispositione seu parva devotione; sic quoque planè conveniens fuit, ut satisfaciens cum maximo fervore & devotione, plus remissionis pœnæ acciperet ex opere operato, quàm satisfaciens cum parva aut nulla devotione. Ita ut major devotio, non tantùm quæ adest tempore Absolutionis, quando Sacramentum essentialiter constituitur; sed etiam tempore, quo satisfactio adimpletur, augeat effectum remissionis pœnæ, ut exillinat Lugo disp. 25, n. 27. & Alii cum ipso.

Exg. Probatur ex ratione.

Ratio est: quia tunc perficitur Sacramentum integraliter, sive in ordine ad illum effectum: ergo sicut attenditur dispositio præfens, quando infunditur gratia (nam Baptismus reviviscit ad effectum gratiæ juxta præsentem subjecti dispositionem, ut latius deduximus disp. 1. sect. 6. concl. 2.) consimiliter attendi debet dispositio præfens, quando remittitur pœna, id est, quando impletur satisfactio; tunc enim, & non antea fit remissio pœnæ, ut Omnes docent.

23. Probatio à simili.

Nonne si quis haberet dispositionem ut 2, quando incipit ordinari vel baptizari, & intendere eam usque ad 4. ante completam ministracionem Sacramenti; acciperet effectum gratiæ secundum dispositionem ut 4. Ergo similiter hic: quamvis enim sententia prius fuerit prolata, tamen nunc applicatur materia seu quasi materia; & illa sententia solum obligabat ad applicandam talem materiam, elevans illam ad totum effectum, quem posset habere; ergo ad effectum secundum dispositionem, quæ erat tempore sententiæ; nam in virtute sententiæ operatur; & quæ nunc est tempore, quo satisfactio præcepta & elevata exhibetur, id est, quo illa pars quasi materiæ Sacramenti Pœnitentiæ applicatur.

24. Certum videtur unum opus magis satisfacere ex opere operato, quàm aliud.

Ceterùm qui mordicè negaret effectum remissionis pœnæ conferri juxta dispositionem, distinctam ab ipsis operibus satisfactoriis, arbitror quia difficulter convinceretur, & de errore argueretur: quia (sicut dixi) nihil in Scriptura vel Conciliis de hoc puncto reperitur definitum, & à paritate rationis non efficitur argumentum in his, quæ pendent à beneplacito divino.

Dico; *Distinctam* &c. quia certum videtur, unum opus satisfactorium sicuti magis satisfaciens facit ex opere operantis, quàm aliud sita etiam magis satisfacere ex opere operato. Hinc Conc. Trid. sess. 14. c. 8. *Debent* (inquit) *Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggererint, pro*

qualitate criminum & pœnitentium facultate salutaris & convenientes satisfactions imponere, ut si forte peccatis commoveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quedam opera pro gravissimis delictis imingendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Ergo pro gravissimis delictis gravissima opera injungenda sunt, tum ut per illa plenè satisfiat pro pœnis debitis in Purgatorio, tum ne homines facilius in eadem gravissima delicta recidant. Ergo gravissima opera magis satisfaciunt tum ex opere operantis, tum ex opere operato, quàm levissima.

Sed cum hæc satis consent, quæstio satis controversa est: An si Sacerdos imponat pœnitentiam, quam omnibus consideratis bonâ fide putat esse proportionatam, id est, talem, qualem Deus exigit ad satisfaciendum pro reatu pœnæ restantis, an, inquam, per hæc pœnitentiam, estò à parte rei non sit proportionata, extinguatur tamen totus reatus pœnæ debiti? Ad quam Respondeo, & Dico tertio:

CONCLUSIO III.

Satisfactio, quæ, omnibus ritè consideratis, à Confessario judicatur æquivalens pœnæ restanti, totam delet, estò non attingat punctum ejus indivisibile.

Hæc est sententia Doctoris Subtilis 4. dist. 19. q. unicâ n. 26. ubi sic lego: *Dico ergo, quod sicut in aliis commutationibus hujusmodi commutativa habet aliquam latitudinem, quæ non respicit in commutationibus indivisibilibus, sed medium recte rationis; ita infirmitas puniendi, quæ est commutativa pœnæ pro culpa, non respicit necessariò gradum indivisibilem pœnæ correspondentem huic culpa; sed est ibi aliqua latitudo, infra quam pœna minor non sufficit, & ultra quam pœna maior non est imponenda; & extra totam istam latitudinem clavis citra vel ultra ligans, errat: & tunc non invenit, quæ solvitur in terris, non solvitur in caelis, id est, non ratificatur; sed intra latitudinem non errat, & ideo arbitrium ratificatur in tantum, quod quidquid imponitur intra illam latitudinem, hoc oportet implere; & si hic non impletur, residuum in Purgatorio exigetur; & si minus imponatur & expleatur, nihil minus exigitur in Purgatorio.*

Isud autem medium (prosequitur Scotus) in ista latitudine, possibile est esse homini notum per legem Dei, cum adutorio rationis naturalis; & ideo obligatio ad hoc medium latum, est ad possibile homini sine miraculo speciali, & sine casu & fortuna.

Ex quibus verbis desumitur primum argumentum contra oppositam sententiam pro non

sect. 1. fra Conclusio tatem ligantem. scilicet. 1. solvendum dicitur etiam antiqui que habet p & peccator to Eugenio (pars Pœnitendim arbitri noster in te nulli commi aliqua civili nunquam e diligentia, & scientiam & per miracul tionem Dei judicare seu spondente p factio corre dùm mediu nisi ex casu Hoc argum. 25. h. mittitur potest arbitrium nudi diligentiam p à casu vel p diligentiam, potest pertin Deus iudicat tingat; hoc nec erit rati non habet au 27. Confirmat Deus dederit quod ipse vol tamen quod nihil ratifica ciale. Sacerdos est Item; n. subiecti inter Deum & peccatorem tem unus p posset nesse de in iudicio Pa inter quos ej præcisè ad a visigeret; n voluntate De Ecclesie. Item; si tulum maior probabile, ergo si aliqui detur suffic illam punctu non oportet vna infus nostra Co Hiquæ us

penitentia.

penitentium facultate... satisfactiones imponere... & indulgentias... levissima quadam opera... Ergo pro gravissimis... injungenda sunt, tum... fiat pro peccatis debitis... in eadem... Ergo gravissima... tum ex opere operato... quom levissima... is content, quælio fati... si Sacerdos imponat... omnibus confideratis bonâ... tionatam, id est, talem... ad satisfaciendum pro... an, inquam, per hanc... parte rei non sit propor... tamen totus reatus pec... Respondet, & Dico

stra Conclusione: Confessarius habet auctori-
tatem ligandi & solvendi: Nam (teste Tri-
dent. sess. 14. c. 8.) *Claves Sacerdotum non ad
solvendum dantur, sed & ad ligandum concessas,
etiam antiqui Patres & credunt & docent;* adeo-
que habet potestatem arbitrandi inter Deum
& peccatorem, juxta Florent. in Decre-
to Eugenii §. *Quantum Sacramentum*, ibi: *Tertia
(pars Pœnitentiæ) Satisfactio pro peccatis se-
condum arbitrium Sacerdotis.* Ergo Sacerdos est
arbitrator inter Deum & peccatorem: atqui
nulli committitur potestas arbitrandi in causa
aliqua civili vel Ecclesiastica, cujus arbitrium
numquam erit ratum ex quacumque adhibita
diligentia, sed tantum à casu, id est, præter
scientiam & intentionem judicis; aut certe
per miraculum, id est, per specialem revela-
tionem Dei: ergo vel Sacerdos non potest
judicare seu arbitriari de satisfactione corre-
spondente peccato, vel non requiritur ut sa-
factio correspondeat indivisibili puncto secun-
dum medium rei; id quippe nequit attingere,
nisi ex casu aut miraculo.

Hoc argumentum proponit Scotus supra
num. 25. hisce verbis: *Nulli (inquit) com-
mittitur potestas arbitrandi in causa aliqua, cuius
arbitrium numquam erit ratum propter quancumque
diligentiam possibilem adhiberi ab ipso, sed tantum
à casu vel per miraculum: sed per quancumque
diligentiam, possibilem adhiberi à Sacerdote, non
potest pertinere ad illud indivisibile peccati, quo
Deus iudicat peccatorem esse dignum. Si ergo at-
tingat, hoc erit à casu, vel per miraculum speciale,
nec erit ratum per te, nisi ad illud attingat: ergo
non habet auctoritatem aliquam arbitrandi.*

Confirmatur: quia nec est verisimile, quod
Deus dederit potestatem Ecclesie arbitrandi, sic
quod ipse voluerit arbitrium Ecclesie ratificare; &
tamen quod impossibile sit eam rectè arbitrarî, sic
nihil ratificatur nisi à casu, vel per miraculum spe-
ciale.

Item; nullus constituitur arbitrator inter partes sub
hac conditione, quod præcisè arbitretur ad volunta-
tem unius partis; & hoc maxime, quando non
posset neesse determinatè voluntatem illius partis: sed
in iudicio Pœnitentiæ partes sunt Deus & peccator,
inter quos est Sacerdos arbitrator: ergo non obligatur
præcisè ad arbitrandum illam partem, quam Deus
inspiciet; maxime cum non possit sibi constare de
voluntate Dei, quoad hoc præcisè, ut est membrum
Ecclesie.

Item; si Sacerdos imponat pœnitentiam aliquan-
tulum maiorem, quàm respondeat peccatis, non est
probabile, quin peccatus teneatur eam implere:
ergo si aliquantulum minus penam condignâ, illa vi-
detur sufficere; nam si non sufficeret aliqua circa
illam punctualem, quam dicitur divina iustitia; ergo
non oporteret expletè aliam ultra illud punctuale di-
vine iustitiæ. Hucusque Doctor Subtilis pro
nostra Conclusione, Quam propterea docet
Hiq. in suo Commentario ad quæstionem

præfatam Scoti num. 67. & sequentibus; &
eam amplectitur Bonæ Spei hic num. 35. cum
Aliis contra Suarium disp. 38. sect. 5. nu. 2.
Vasquez q. 94. art. 2. dub. 6. & Alios, quos
sequitur Lugo disp. 25. n. 19. Arriaga disp. 47.
n. 14. & Alii.

Dicaltillo disp. 14. n. 175. utramque sen-
tentiam vocat probabilem: probabilior ta-
men (inquit) apparet prima (id est, senten-
tia Suarii) saltem non est fundamentum suffi-
ciens ad affirmandum, quod vult secunda sen-
tentia (id est, sententia Scoti) Immo semper
iudicium Confessarii eâ tantum ratione
prudens censeri aut esse potest, ut numquam,
nisi temerè, iudicet pœnitentiam esse satis
commensuratam gravitati peccatorum, &
pœnæ relicte post remissionem culpam: omnia
enim capita, ad id certò iudicandum sunt valde
ignota Confessario, immò sapissimè etiam ipsi
pœnitenti.

Nam, ut omitam gravitatem individua-
lem peccatorum, quæ ex multis capitibus re-
sistere aut decessere potest, ut ex majori vel
minori deliberatione & advertentia, & ma-
jore vel minore intentione aut remissionis
actûs, ex vehementiore vel minus vehementi
tentatione &c. ut hæc (inquam) omitam,
adhuc pœnitens pro iisdem omnino peccatis,
majori vel minori, vel nullâ pœnâ post re-
missionem culpæ dignus est, quò major est
aut minor dispositio doloris & propositi, sub
quo accedit ad Confessionem: hæc autem di-
spositio non omnino exactè nota esse potest
tam ipsi, quàm Confessario.

Hinc est, ut numquam Confessarius possit
judicare, nisi levissimâ conjecturâ, pœnitentiam
esse proportionatam. Vnde iudicium pru-
dens ipsius solum est, quod hic & nunc om-
nibus pensatis sufficiat talem aut talem pœni-
tentiam imponere; non autem, quod hic &
nunc talis aut talis pœnitentia sit bene com-
mensurata eum pœnâ & dignitate illius, reli-
cta post remissionem culpæ. Hactenus Dica-
tillo.

Interim n. 176. fatetur, Christum, si vo-
luisse, ita statuere potuisse, ut eo ipso, quò
Confessarius, quantum humano modo posset,
iudicaret pensatis circumstantiis talem vel
talem pœnitentiam imponendam, ea, quanta
quanta esset sufficeret, ut ex opere operato tota
pœnâ remitteretur illam rectè implenti: quòd
autem ita fecerit, ex nullo (inquit) idoneo
principio nobis constat; sed solum piâ quâ-
dam credulitate creditur; si credatur, nec ego
repugno credenti, non tamen affirmo. Hæc
ille.

Sed neque Scotus ita generaliter affirmat,
sed cum hac limitatione: *Si pœnitentia sic im-
posita sit intrâ illam latitudinem.* Alioquin si minor
fuerit torâ illâ latitudine, sicut esse poterit,
etiam cum bona fide Confessari; quia fieri
potest

non Spei
Suarez.
Pasquez.
Lugo.
Arriaga.

28.
Opposita
sententia
probat ex
Dicaltillo.

29.
Explicatur
sententia
Scoti.

scilicet

27.

scilicet

aliud argu-
mentum
Scoti.

Respondet

USIO III

ne, omnibus rite
à Confessario ju-
valens pœnæ re-
n delet, est non
atum ejus indivi-

a Doctoris Subtilis &
à n. 26. ubi sic lego:
aliis comminationibus
aliquam latitudinem, ut
rationibus indivisibile,
ita iustitia puniendâ, quæ est
pœnâ, non respicit necessariò
Deum & peccatorem
correspondentem huius
latitudo, infra quam pœnâ
tera quàm pœnâ maior non
a rotam istam latitudinem
is, errat: & tunc non im-
eris, non solvitur in ca-
tur: sed intra latitudinem
um ratificatur in tantum,
intra illam latitudinem, hic
non implentur, residuum
& si minus imponatur &
igitur in Purgatorio.
prosequitur Scotus) in
esse homini notum per be-
ationis naturalis: & ideo
atum, est ad possibile homi-
& sine casu & fortuna,
sumitur primum argu-
tam sententiam pro no-

potest, ut poenitens bonâ fide non explicet omnes circumstantias, vel ut Confessarius invincibiliter ignoret istam latitudinem seu medium in ista latitudine: si, inquam, minor fuerit, tunc (ut ait Scotus supra) non sufficit ad delendam totam poenam; si autem fuerit intrâ istam latitudinem, est non attingat gradum indivisibilem poenae, correspondentem huic culpae, equidem sufficere ad delendam totam poenam, convenit bonitati, clementiâ, immo & justitiâ divinâ.

Sanè (inquit Trident. sess. 14. c. 8.) & *divina iustitia ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero, qui semel a peccati & demonis servitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono, scientes templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut, occasione acceptâ, peccata leviora putantes, veluti immuri & contumeliosi Spiritus sancto, in graviora labantur. Ergo satisfit justitiâ divinâ & clementiâ, est tota poena per illam satisfactionem remittitur; quia taliter satisficientes aliter recipiuntur in gratiam, quam qui ante Baptismum per ignorantiam peccaverunt: neque illis absque ulla satisfactione peccata dimittuntur, ut, occasione acceptâ, peccata leviora putantes, in graviora labantur.*

30. Probatur exemplo Baptismi,

Nonne Baptismus delet totam poenam, idque semper, quando suscipitur cum debita dispositione, de qua potest moraliter certò constare suscipienti? Non est dubium. Ergo consimiliter, cum satisfactio data sit Sacramento Penitentiae, ut per eam habeat eundem effectum, quem habet Baptismus, oportuit omninò, ut satisfactio, imposta secundum prudens iudicium Confessarii omnibus consideratis intrâ istam latitudinem certò deleat totam poenam: & præterea necessarium fuit, ut istud medium in ista latitudine possibile esset Confessario cognoscere per legem Dei, cum adiutorio rationis naturalis (ut supra loquitur Scotus) alioquin deletio omnis poenae per Sacramentum Penitentiae, erit res planè incerta; cum tamen deletio omnis poenae per Sacramentum Baptismi, sit res moraliter certa.

31. Et confirmatur à simili in humanis iudiciis.

Confirmatur à simili in humanis: si Iudex supremus delegasset suam potestatem Iudici inferiori ad puniendum talem vel talem malefactorem juxta qualitatem delicti; quamvis hic fortè minorem poenam imponeret, quam Iudex supremus imposuisset, nihilominus reus liber foret ab omni poena, nec Iudex supremus aliam poenam posset infligere; quia nimirum Iudici inferiori commiserat totum iudicium de aequalitate poenae cum culpa, quam (ut suppono) ipse secundum prudens iudicium constituit.

Cum ergo Deus tamquam Iudex supremus Sacerdotibus tamquam Iudicibus inferioribus delegaverit suam potestatem, & commiserit totum iudicium de aequalitate poenae cum culpa, non tantum ad novae vitae custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam & castigationem; quidni ratificare debeat sententiam Sacerdotum, secundum leges & prudentiam humanam pronuntiatam, relaxando totam poenam Purgatorii? Alioquin bis puniet in idiplum semel ad aequalitatem per Sacerdotes in hac vita, & rursus per seipsum in futuro saeculo, cum tamen scriptum sit: *Non indicat Dominus bis in idiplum*; sive, ut habet vulgatus textus: *Non confurget duplex tribunal*. Num. 1. v. 9. Igitur Deum fecisse, quod potuit facere, constat nobis ex aliquo idoneo principio.

Hinc in primitiva Ecclesia homines non erant solliciti, ut post expletam poenitentiam, per Canones praescriptam, satisfacerent. Indulgentiis aut aliis piis operibus, pro peccatis praeteritis; jam autem id est necessarium, quia rarissime propter fragilitatem hominum imponitur poenitentia aequalis, etiam intrâ latitudinem à Scoto assertam; quo casu (ut supra diximus) sive Confessarius putet aequalem, sive non, minimè deletur tota poena, sed tantum pro rata, atque ita modò consultum est, per Indulgentias, Sacrificia, & alia pia opera supplere, quod desuit ex satisfactione minus proportionata.

Denique probari solet hæc sententia à simili, desumpto ex dispensatione in voto aut Sacramento, in quibus dispensatio facta à Papa vel alio Superiore potente dispensare, valet, quando dispensans prudenter iudicat esse sufficientem causam ad dispensandum, quantumvis re ipsâ sufficiens non sit. Similiter Indulgentia licet possulet ad sui valorem proportionatam causam, si tamen prudenter putetur adesse ea causa, estò reverà non adsit, existimant Multi tam valere: ergo similiter in praesenti casu valet prudenter existimata proportio satisfactiois cum culpa.

Respondet Dicastillo supra n. 178, Non habet, nec potest habere Confessarius idoneum fundamentum ad prudenter iudicandum, hanc vel illam poenitentiam esse proportionatam: non est ergo possibilis casus, qui in opposita sententia supponitur. Hac ille.

Sed contra: Ut quid ergo Trident. sess. 14. cap. 8. revocat in memoriam Confessarii preceptum divinum imponendi satisfactiones pro peccatis? Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum Spiritus & prudentia suggererit, pro qualitate criminum & poenitentium facultate, salutare & convenientes satisfactiones iungere. Ergo possunt prudenter iudicare, talem vel talem poenitentiam esse

34. Prorsus pro gravio extinguat non: nam mun, quae quendam talle nec ab diatè audie jus vitæ c imponenda

35. Divina Comment temporal obligando poenam conversionem altera vita per condignitatem su primar menti & p tris, & p tenentur juxta qua debent; p non verò spectat ad bent jus au terius rati que specta cerdotalis.

36. Et num

Confessarii dno cognoscunt de poena alterius vitae, neque ad forum suum spectat.

DISCO

esse convenientem seu proportionatam tali vel tali crimini, idque ad vindictam & castigationem, ut ibidem clarissimis verbis docet Concilium, dicens: *Habeant autem pra oculis, ut satisfactio, quam imponant, non sit tantum ad novae vitae custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam, & castigationem.* Si esse debeat ad vindictam, & castigationem; ergo non tantum petit eam proportionem seu convenientiam, in ordine ad frangendum ipsum hominem, ne relabatur, sed etiam ut extinguatur debitum poenae Purgatorii.

Prorsus (inquit) cum hac proportione, ut pro graviore peccato gravior sit, sive qualibet extinguat totum debitum Purgatorii, sive non: nam ex variis capitibus est incertissimum, quanta deberet esse in ordine ad extinguendum totum debitum; in tantum, ut fortasse nec ab ipso Christo, Confessiones immediate audiente, ea aequalitas poenitentiae hujus vitae cum poena restante Purgatorii foret imponenda. Ita Arriaga disp. 47. n. 16.

Respondeo: non debet Confessarius judicare de aequalitate inter poenam Purgatorii, & suam satisfactionem; sed inter peccata, & suam satisfactionem: peccata autem, seu gravitas peccatorum potest & debet esse nota Confessario ad hoc, ut prudenter injungat convenientes seu proportionatas satisfactiones; uti injungere debet ex munere suo, juxta Trident. mox allegatum.

Divina justitia (inquit Hiquæus supra in suo Comment. n. 79.) non determinavit poenam temporalem debitam peccato; determinatè obligando ad poenam alterius vitae, sed vel poenam condignam in hac vita per satisfactionem convenientem exhibendam, vel certè in altera vita. Quin etiam poenam hujus vitae per condignam satisfactionem magis intendit seu primariò, ut patet ex institutione Sacramenti & potestate data Sacerdotibus ut arbitris, & praepo, etiam ex natura fori, quo tenentur metiri satisfactiones imponendas juxta qualitatem delicti, ad quam respicere debent, praescribendo opus satisfactorium; non verò ad poenam alterius vitae, quae non spectat ad forum ipsorum, & de qua non habent jus aut potestatem cognoscendi, estque alterius rationis à poena satisfactoria hujus vitae, quae spectat ad Clavè potestatis & scientiae sacerdotalis, & aequivalens in divina acceptatione.

Unde si Sacerdos sequens regulam Canonum & prudentiae, ex quibus percipere potest qualitatem delicti, imponat satisfactionem dignam & aequalem in prudenti aestimatione secundum medium recte rationis, ratificatur judicium ejus; quia perfectè applicat merita Christi per opus tale injunctum, & vindicat peccatum secundum regulam praescriptam; neque aliud ultra Deus exigit. Hucusque Hiquæus.

Et num. 80. sic ait: Si qualitatem peccati

rectè judicat Ecclesia, & gradum oppositionis ejus ad virtutem & legem, potest etiam discernere illa opera, quae aequivalent in ratione boni & poenae ipsi peccato; quae si praescribantur, erunt sufficiens & aequalis satisfactio, ut innititur meritis Christi & efficaciae Clavium: v.g. ponamus aliquem violasse jejunium in Vigilia; sufficiens satisfactio erit, si praescribatur jejunium unius aut plurium dierum cum oratione & eleemosyna, & hujusmodi. Quòd si jejunare non possit, compensetur jejunium per alia opera mortificationis, & aliarum virtutum; vel frequentationem Sacramentorum, opera Indulgentiarum; quae aequivalent satisfactio poenitentiali: neque enim ita in hoc puncto Spiritus sanctus assistens Ecclesiae & Doctoribus ejus, ipsos deseruit, ut regulæ eorum receptae, praxi & rationi innitentes, sint omninò frivola aut humanae inventionis; nec certo fundamentato adhaerentes.

Scimus enim satisfactionem esse ex genere suo redditionem aequivalentis pro aequivalente, aliàs indebiti. Scimus ulterius, praescriptum esse Sacerdotibus ex regula hujus fori, ut servent aequalitatem inter satisfactionem & peccatum commissum, spectatà facultate poenitentis. Scimus tertio, Deum non exigere ultra satisfactionem aequalem delicto: judicium autem Ecclesiae & DD. de oppositione peccati ad legem Dei; ejusque specie & gravitate, est fundatum ex cognitione legis. Et idem dicendum est de judicio eorum, quantum ad naturam & valorem boni operis, per quod ordinari debet peccatum, tamquam per satisfactionem aequalem, quae Deo restituitur debitum. Ex quibus omnibus potest stare sufficiens regula determinandi satisfactionem aequalem secundum medium prudentiae seu recte rationis, & assistentiam specialem, quam habent arbitri ex suo munere (si agant, quod in se est) ad profectum poenitentium. Haecenus praefatus Auctor. Satis utique consequenter pro sua, & nostra opinione.

Unicus dumtaxat restat mihi scrupulus; videlicet: si in imponenda satisfactione Confessarius respicere debeat ad qualitatem delicti, non verò ad poenam alterius vitae, ut supra dicit Hiquæus; igitur tametsi Confessarius sciret, poenam omnem alterius vitae jam esse deletam per praecedentem Contritionem, posset nihilominus & deberet imponere eandem poenitentiam, cum semper qualitas delicti sit eadem.

Si dixeris: Per Contritionem numquam deletur poena alterius vitae, nisi fuerit prius remissum peccatum quoad culpam. Esto: sed quid tum? Num ideo mutata qualitas delicti? Num ideo imponi debet vel potest minor satisfactio? Vel non potest imponi eadem satisfactio, quae imponeretur peccato nondum remisso quoad culpam? Nonnè adhuc manet materia necessaria Confessionis?

X x x x x Et

Regula discernendi peccatum & satisfactionem ex Hiquæo.

Exemplum.

Modus praescribendi satisfactionem.

37. Objectiones.

Evasio.

Præcluditur.

34. Brevis Axioma.

Præcluditur.

35. Satisfactio sacramentalis respicit qualitatem delicti Hiquæus.

Confessarius non cognoscit poenam alterius vitae, neque id forum suum spectat.

36.

penitentia

inquam Judex supremus in Judicibus inferioribus estatem, & committit qualitate poenae cum colorem vitae custodiam, & poenitentiam, sed etiam ad poenam vindictam & castigationem debeat sententiam leges & prudentiam tam; relaxando totam Alioquin bis puniet in qualitate per Sacerdotes per seipsum in futuro scriptum sit: Non indicat; sive, ut habet vulgatus et duplex tribuatur. Nihil Deum fecisse, quod poenitentiam nobis ex aliquo idoneo Ecclesia homines non post expletam poenitentiam praescriptam, satisfactio poenitentis pro peccato id est necessarium, et fragilitatem hominum aequalis, etiam in aequalitate; quo casu ut Confessarius punit aequitate deletur tota poena, & atque ita modo consulentis; Sacrificia, & alia mod defuit ex satisfactione. Hic haec sententia à limitatione in voto aut poenitentia dispensatio facta à Papa potest dispensare, vales, potest prudenter judicat esse sufficiens dispensandum, quantum non fit. Similiter Indulgentiam sui valorem proportionem prudenter putetur altera non adfit, existimant ergo similiter in praesenti inter existimata proportio pa. In illo supra n. 178. Non potest Confessarius idoneum poenitentiam judicandum, haec enim esse proportionatam in casus, qui in opposita. Hac ille. Unde ergo Trident. sess. 14. Canoniam Confessarii praescribendi satisfactiones pro peccato, idque in eorum vindictam & castigationem, quantum gesserit, pro qualitate criminis, salutare & contritionem. Ergo possunt praescribere vel talem poenitentiam esse.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

38. Alia obiectio ex Scoto.

Et verò nonne Scotus docet, satisfactio- nem minimè esse necessariam, quando aliunde constat de totalis pœnæ solutione? Satisfactio (inquit) debet sequi sacramentum Pœnitentiæ ad hoc ut habeat efficaciam, & hoc in re vel in voto, nisi Iudex possit perpendere, illas pœnas alias præcedentes sufficere ad totalis pœnæ solutionem. Ergo Confessarius in imponenda satisfactio- ne potius respicere debet ad pœnas alterius vitæ, quàm ad qualitatem delicti.

Responsio, & explicatio Scoti.

Negatur (inquit) Consequentia: quia Scotus loquitur de solutione totalis pœnæ hujus vitæ, quasi diceret: quando constat pœnitentem ante Confessionem voluntariè eas pœnas suscepisse, quas alioquin Confessarius attentâ qualitate delicti imposuisset, nullatenus debet easdem pœnas rursus imponere.

Et dato, quòd Scotus fuisset locutus de pœnis alterius vitæ juxta communem sententiam, quæ non imponit necessitate satisfactio- nis, quando certò constat, omnem pœnam alterius vitæ jam esse deletam per præcedentem Contritionem, aut alios actus bonos ex opere operantis, vel per Indulgentiam aut Sacrificia ex opere operato; equidem adhuc verum manet, in imponenda satisfactio- ne, ubi & quando imponenda est, & sicut regulariter imponenda est, primariò & per se attendendam esse qualitatem delicti, de qua potest constare Confessario; non autem pœnam alterius vitæ, de cujus quantitate & qualitate nihil certi habemus, nisi quòd majori pœnâ puniatur major culpa, minori pœnâ minor culpa, juxta illud Deut. 25. n. 2. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Et ideo etiam per se loquendo pro majori culpa imponi debet major pœna hujus vitæ, & pro minori culpa minor pœna hujus vitæ.

Dem. 25.

39. Responsio ad fundamentum oppositæ sententiæ.

Hæc si vera sint (quod puto) corrumpit responsio Dicaillonis supra (quæ est præcipuum fundamentum oppositæ sententiæ) probabile, inquam, est, Confessarium habere idoneum fundamentum, ad prudenter judicandum, hæc vel illam pœnitentiam esse proportionatam, etiam pœnis alterius vitæ; quia habet idoneum fundamentum judicandi hanc vel illam pœnam esse proportionatam qualitati delicti; omnis autem illa pœna hujus vitæ, quæ est proportionata qualitati delicti, etiam est proportionata pœnis alterius vitæ, pro isto peccato debitis.

Distinctio inter satisfactionem & voti dispensationem ex Dicaillio.

Quapropter idem Auctor n. 179. Sed quamvis (inquit) daremus id esse probabile, adhuc est latum discrimen inter eam satisfactionem, & voti dispensationem, & Indulgentias. Nam Sacerdos imponens Pœnitentiam non remittit per se pœnam debitam, sed applicat illam partem Sacramenti, quæ ex se habet virtutem ad causandam ablationem pœnæ debitæ, ad eum modum, quo Sacerdos offerens Sacrificium pro aliquo, non remittit ipse pœnam, sed ap-

pliat illi valorem Sacrificii, quod, juxta Dei institutionem, talem virtutem non habet. Item, quando quis baptizatur, non est ipse ministrus, qui pœnam debitam condonat, sed tantum Sacramentum confert baptizato, quod Sacramentum ex Christi institutione habet & culpam tollere, & pœnam.

Hinc est, ut non sit in arbitrio & potestate ministrum augere vel temperare predictorum medicorum applicatorum activitatem, quam ipsa per se exercent juxta mensuram Christi, & dispositionem suscipientis independentèr voluntate applicantis illa: quia ab illo tantum pendet quoad collationem, intentionem applicandi, & applicationem illorum; quo posito unumquodque operatur juxta naturam suam. At verò Pontifex non applicat aliam causam, quæ ex se sit remissiva voti vel pœnæ: sed ipsemet immediatè remittit. Quamvis enim aliquando ad effectum Indulgentiæ exigat opus aliquod pium; illud tantum est conditio, quâ posita ille remittit totam pœnam, vel aliquam partem. Hæc ille ex Lugob. lxx. ne disp. 25. n. 24.

Respondeo: Sacerdos, estò non remittat immediatè pœnam Purgatorii; equidem constitutus est arbiter inter Deum & peccatorem, id est, accepit à Deo potestatem commutandi pœnam Purgatorii, in pœnam hujus vitæ. Et quamvis non sit in arbitrio & potestate ministrum, augere vel temperare activitatem pœnæ hujus sæculi jam applicatæ; sanè in ejus arbitrio & potestate est, applicare pœnam hujus sæculi, remissivam totius pœnæ Purgatorii, vel applicare pœnam hujus sæculi, remissivam dumtaxat alicujus partis pœnæ Purgatorii, id est, habet potestatem imponendi satisfactio- nem pro mensura delicti, quæ est remissiva totius pœnæ Purgatorii: Non enim inducit Dominus bis in idipsum, neque ultra mensuram peccati; sed pro mensura peccati erit & plagarum modus.

Et alia Scriptura dicit: Quantum glorificavit se & in deliciis suis, tantum (& non ultra) dabit illi tormentum & luctum. Apoc. 18. v. 7. Ergo peccator, cui Sacerdos dedit tantum tormentum & luctum, quantum glorificavit se & in deliciis suis, non ultra à Deo punietur in futuro sæculo, estò fortè non attingat punctum illud indivisibile pœnæ, quod Deus dedisset.

Nonne commutatio voti valet, etsi fortè commutans non attingat punctum indivisibile illius rei, in quam Deus illud commutasset? Valet omninò, in tantum, ut etsi per revelationem constaret de isto errore, nihilominus plenè & perfectè satisfaceret, qui redderet Deo votum sic commutatum. Ergo confirmatè plenè & perfectè satisfacit pro peccato suo, qui illam pœnam reddit Deo, in quam pœna Purgatorii commutata fuit à Confessione, estò fortassis non attingat punctum indivisibile

visibile punctum, taliter, quæ ditionata de dinem m punitiva, est pro me hanc vitam bonis operi Sacrificiis

Atque est in positio- riè hoc ter- ravi) opti- rione & fe- ratione me- gatorii, et Alioquin si- fura delicti- vindictiva- tisfacientis- nis: hæc dam totam jam dicta. tendere di- licet, & quando fat- tam latitudo- debita aliis- saltem ex o-

42. Quæ sit la- trudo me- dii iustitiæ commuta- tione ex Sco- to

Quantum s- ctoris Sub- commutatio- Et ad quanti- stiva, quan- enim rescondi- tur ultra m- illud, si ex- fieri correspo- nsi commu- repugnet sibi- accipere: do- nus, in quib- illa indivisib- tanto oner- tio. Et si iste- tus super illi- tibi vis fieri- sunt mutuo- si secundum- Hæc Scotus

43. Quæ sit la- trudo me- dii iustitiæ

Confirm- medii iusti- Deum & p- Et ad quanti- positiva, quantum s- qualitate cr- tate secund- stantias mu- pœnitentiæ- tes satisfacti-

visibile pœnæ, in quam Deus illam commutasset, dummodo non sit omnino impropor- tionata delicti, seu extra totam illam latitudinem mediæ rationis, quod respicit iustitiã punitivã, ut loquitur Scotus: tunc enim non est pro mensura delicti; & ideo tunc Deus post hanc vitam implet mensuram, nisi homo aliis bonis operibus satisfactoriis, Indulgentiis vel Sacrificiis ipsum prævenit.

Atque in hoc casu, quando satisfactio non est imposita pro mensura delicti, sicut ordinariè hoc tempore non imponitur (ut supra notavi) optimum consilium est, magnã devotione & fervore implere opus impositum, ut ratione melioris dispositionis plus pœnæ Purgatorii, etiam ex opere operato, remittatur. Alioquin quando pœnã est imposita pro mensura delicti intrã latitudinem mediæ iustitiæ vindicativæ, non attenditur dispositio satisfaciens, sed sola quantitas satisfaciens: hæc enim sola sufficiens est ad delendam totam pœnam Purgatorii, secundum jam dicta. Vel si velis, Deum etiam tunc attendere dispositionem satisfaciens, per me licet, & dico, quòd tali casu, uti etiam quando satisfactio secundum se superaret totam latitudinem mediæ, remitteretur pœna debita aliis peccatis, si non ex opere operato, saltem ex opere operantis.

Quæris à me, quæ sit ista latitudo, & ad quantum se extendat? Audi discursum Doctoris Subtilis de latitudine mediæ iustitiæ commutativæ: Quæ (inquit) sit ista latitudo, & ad quantum se extendat, quandoque ex lege positiva, quandoque ex consuetudine innoscit. Lex enim respicit contractum, ubi contrahens decipitur ultra mediocritatem iusti pretii: tamen infra illud, si ex alio apparet iniustitia, debet restitutio fieri correspondens. Quandoque autem relinquuntur ipsi commutantiis, ut pensatã mutuã necessitate repentem sibi mutuò dare æquivalentem hinc inde, & accipere: durum est enim inter homines esse contractus, in quibus contrahentes non intendant aliquid de illa indivisibili iustitia remittere sibi mutuò, ut pro tanto omnem contractum concomitetur aliqua donatio. Et si iste est modus commutantium, quasi fundatus super illud legis naturæ: Hoc facias alii, quod tibi vis fieri; satis probabile est, quòd quando sunt mutuò contenti, mutuò volent sibi remittere, si secundum aliquid deficiunt ab illa iustitia requisita. Hæc Scotus 4. dist. 15. q. 2. n. 15.

Consimiliter discuro ego de latitudine mediæ iustitiæ vindicativæ seu punitivæ inter Deum & peccatorem. Quæ sit hæc latitudo, & ad quantum se extendat, innoscit ex lege positiva, quã debent Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggererit, pro qualitate criminum (gravitate utque & levitate secundum speciem, numerum & circumstantias mutantes speciem aut numerum) & pœnitentium facultate, salutaris & convenientes satisfactionses injungere.

Præterea ex Canonibus Pœnitentialibus, in quibus pœnitentia & tempus ejus persolvenda pro quibusdam culpis præscriptum est; ita tamen, ut non excludatur prudens iudicium Confessarii: sic enim scribit D. Hieronymus (& refertur de Pœnit. dist. 1. c. 86.) Mensuram autem temporis in agenda Pœnitentia sacerdos non satis aperte prescriptum Canones pro unoquoque crimine, ut de singulis dicant, qualiter unoquoque emendandum sit; sed magis in arbitrio Sacerdotis intelligentis relinquendum statuit: quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quàm doloris; nec abstinentia tantum ciborum, quàm mortificatio vitiorum. Propter quòd ipsa tempora pœnitentia pro fide & conversatione pœnitentium abbatibus præcipiunt, & pro negligentia protelandã. Extant tamen pro quibusdam culpis pœnitentia modi impositi, iuxta quos cetera perpendenda sunt culpa, cum sit facile per eosdem modos vnicam & censuram Canonum estimare.

Ubi Glossa verb. Sacerdotis, sic interrogat: 44. Quid si iniquè arbitratum est, & minorem pœnam imponat quàm debeat? Respondet: Si est ordinarius eius iudex, sive Sacerdos curatus, & dispensandi animo hoc facit; sufficit illa, licet modica, ad delendam peccatum. Si per errorem, & ab ipso pœnitente credebatur peritus, sufficit illa minor pœnitentia ad delendum peccatum & omnem pœnam alterius vite, dummodo pœnitens, qui eam recipit, maiorem suscipere paratus esset, si sibi imponeretur.

Quidquid sit de hac doctrina, quam non approbo, saltem ex his legibus innoscit, Deum non requirere proportionem quòd punctum mathematicum inter opera satisfactoria vite præsentis, & pœnam Purgatorii secundum intentionem & extensionem; immò nec inter opera satisfactoria, & qualitatem delicti; cum illud præcisè punctum spiritus & prudentia fortè nunquam suggerat Sacerdotibus: ac proinde voluntariè remittit, si secundum aliquid deficiunt ista opera ab illa iustitia requisita. Per consequens, qui dat illa opera, dat totum quod Deus requirit, adeoque prudens iudicium Confessarii propriè non supplet defectum, quia à parte rei nullus defectus est, sed ponit medium iustitiæ vindicativæ.

Ex quo patet diversitas inter remissionem pœnæ per opera satisfactoria, & remissionem culpæ per ipsum Sacramentum; ad quam utique remissionem culpæ non sufficit prudens iudicium Confessarii de legitima dispositione pœnitentis, de legitima materia vel forma &c. Quare? Quia Christus non reliquit determinationi seu prudenti iudicio dispositionem pœnitentis, materiam vel formam Sacramenti; sed ipse per se hæc determinavit: at verò opera satisfactoria (ut ex dictis satis superque demonstratur) reliquit prudenti iudicio seu arbitrio Confessarii, attentã qualitate criminum, & pœnitentium facultate.

Xxxxxx Igitur

D. Hieron.

44. Doctrina cuiusdam Glossæ

ab Auctore non approbatur.

45. Diversitas inter remissionem pœnæ per satisfactoria & per Absolutionem

42. Quæ sit latitudo mediæ iustitiæ commutativæ ex Scoti

43. Quæ sit latitudo mediæ iustitiæ vindicativæ?

Igitur, ut finem imponamus huic Conclusioni, quam libenter fateor esse incertam & solum probabiliter, iterum dico: si satisfactio imposta excedat totam latitudinem mediæ, sive secundum se sumpta, sive cum dispositione pœnitentis, excessus ille compensabitur per remissionem pœnæ debitæ aliis peccatis: aut certe si nihil pœnæ restet remittendum, & satisfaciens iustus est, gratiam & gloriam dabit Dominus; quia liberalis est in donis suis, nec opera iusti relinquit sine premio. Sin autem homo peccator est, sibi imputet, quod solâ remissione pœnæ debeat esse contentus, qui foris nec hâc remissione dignus est, ut communiter docent Theologi: ego autem cum Doctore Subtili, sine præiudicio communis sententiæ, Dico quartò:

CONCLUSIO IV.

Per satisfactionem impletam in malo statu satisfit obligationi, & obtinetur effectus.

46. Ultima pars Conclusi-est Scoti.

EXordiar ab ultima parte, videlicet: Per satisfactionem impletam in malo statu obtinetur effectus, id est, deletur pœna Purgatorii, debita peccato, per Absolutionem sacramentalem remissa. Ita docet Scotus 4. dist. 15. q. 1. n. 16. hisce verbis: Dico ergo sine præiudicio, quod, qui seculè verè pœnitet, & recipit satisfactionem vel pœnitentiam condignam sibi impostam ab Ecclesia, Clave non errante, quantumcumque postea recidiverit, nunquam tenebitur, nisi ad illam unicam satisfactionem adimplendam: & si eam impleat in Charitate (id est, in statu gratiæ) melius est; quia non tantum solvit pœnam, sed meretur. Sed si adimpleat eam voluntariè extra Charitatem (id est, extra statum gratiæ) solvit quidem pœnam, sed non meretur gratiam. Si autem ipsa ab eo extra Charitatem exigitur, solvitur pœna, licet ipse non solvat. Et in primo est satisfactio simpliciter, quia reconcilians & placans: in secundo est quidem satisfactio, quia voluntaria reditio &c. sed nec reconcilians nec placans: in tertio autem est satisfactio (aliàs satisfactio) ultra quam non exigitur pœna ulterius. Hæc ille probabiliter.

47. & Aliorum, quos citat Hugo Cavellus in Scholio Gabriel. Medina. Navarrus. Maior. Adrianus. Almain. Gerson. Rubion. Angel.

Eandem sententiam præter Scoti discipulos (ut ait Hugo Cavellus in Scholio præfixo num. 19.) tenent Gabriel 4. dist. 16. qu. 2. a. 3. dub. 3. Medina tract. 3. qu. 5. dub. ult. Navarrus cap. 1. de Pœnit. d. 6. n. 47. Major hic, Adrianus 4. qu. An unum peccatum sine alio &c. Almain. hic qu. 1. Gerson de Regul. moral. tit. de Pœnit. & de Orat. p. 2. Rubion hic qu. 3. art. 2. Corduba lib. 5. q. 23. Ang. v. Pœnit. § 14. Hinc patet, quàm audax in falso Sotus dist. 19. q. 1. a. 4. dum ait, solum Ga-

brilem sequi Scotum in hoc; & Valent. d. 7. qu. 14. de Satisfact. p. 3. dum ait, hanc opinionem ab Omnibus exploram. Huculque Cavellus.

Legi Sotum loco citato, ubi non simpliciter dicit, solum Gabrilem sequi Scotum; sed ait: Scotum solum Gabriel sequitur, & rarissimi eo recentiores. Interim præter citatos docet hanc sententiam Vasquez qu. 94. art. 2. dub. 3. citans Marfilium in 4. qu. 11. art. 3. Itaque non dubitandum, quin etiam post Trident. sit probabilis (saltem ab auctoritate extrinseca) intellecta, ut intelligi debet, de effectu ex opere operato, quem habet illa satisfactio præcisè intuitu Sacramenti seu Absolutionis sacramentalis.

Probatur à Scoto sup. num. 15. quia contraria sententia videtur nimis dura contra peccatores, & occasio maioris oblationis: Si enim (inquit) iste hodie verè pœnitens, & humiliter recipiens satisfactionem, esto reitumum trandierum, cras recidiverit in peccatum mortale, & de illo non pœnitens secundo die reitumum, quia sibi sit impostum: si dicas, quod illud ieiunium secunda die non est aliqua satisfactio exterior, magis occasio est inducendi ipsum iam lapsum, ut tertio die non reitumet, & per consequens ad novum peccatum mortale: quia transgrediendo istam pœnam iniunctam à Sacerdote & receptam, videtur esse peccatum mortale, cum sit transgressio præcepti Ecclesiæ & iurii Dei in illo actu.

Ex isto (prosequitur) potest formati talis ratio: Si post lapsum & ante pœnitentiam novam non exequatur quis satisfactionem pristinam sibi impostam, peccat mortaliter novo peccato. Ergo si exequatur, bene facit; quia actum obedientiæ facit: sed non facit actum obedientiæ, nisi in quantum illud est sibi impostum tanquam pars satisfactio-

Sed hæc ratio, dicit aliquis, parum videtur probare: nam Adversarij admitteunt, exequentem satisfactionem in statu peccati mortalis, bene facere; quia actum obedientiæ facit, in quantum illud est sibi impostum, tanquam pars satisfactiois. Unde admitteunt partem satisfactionem satisfieri præcepto Confessarii (ut habet prima pars Concl.) sed negant Consequentiam: ergo statim confert suum effectum; sed sufficit (inquit) quod reviviscat adveniente statu gratiæ.

Atque ut non revivisceret, equidem potest esse pars satisfactiois sacramentalis, seu tota satisfactio sacramentalis; quia sæpius Sacramenta frustrantur omni suo effectu, secundum sententiam, quæ non agnoscit nisi reviviscantiam Baptismi. Sicut ergo Extrema Unctio suscepta cum obice peccati mortalis est verum Sacramentum, est nullum conferat effectum sacramentalem; pari quoque ratione satisfactio in statu peccati mortalis erit reverè pars integralis Sacramenti Pœnitentiæ, est nullum

lum confert debite diffinitio sufficit quoniam nam Purgat leat.

Nec pœnitio; & peccandos ignem fructum lû alioquin Quod si aliam quam respiciat aliquis magis quando exponere persequitur, E indispofitio statu peccato Respon Scoti, quæria, ut pœnitentia videtur casu maiorem car alieno & sufficiens num. 16. latis: Dicitio parum cedendum quam.

40. Ratio à priori Conclusi- voluntas Christi

Quæ Respondet factio facti ratio delent ex nullo casu velle ad hunc eo, quod impressio Baptismi, quam tam ex eo, quod dinarium dignus est est tale peccatori. Itra sit per seff. 14. satisfactio Characteris Christi; & peccatori, & Sacramentum seu Characteris peccator per opere operatum Sacramentibus applicata satisfactio

51. Obisatio ex In quo C